Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

toria. nec antea preliandi ardorem quievere, quam eis nox superveniens. pug-
nandi voluntatem adimeret. Eo siquidem prelio. c.lxxx. hominum cesa fe-
runtur. tantumque est sanguinis effusum. ut parvulus qui ibidem labebatur rivu-
lus inmodice subito torrens effectus. cadavera secum traheret. peremptorum At-
tala sane de morte eciam sua suspicio fefellit. nam incolomi Ecio. rex

Theodoricus Rex Gothorum
ibi Gothorum Theodoricus occubuit. In quo prelio quamvis neuter cessisse. con-
stat tamen Attalam fuisse superatum. Qui cum die altera intra plaustrorum munim-
ta se continens. erumpere non auderet. nec tamen cessaret tubis et clamore

Torsimundus Theodorici filius
perstrepere. Torismundus Theodorici regis filius. dolens de patrio funere
statuit Attalam obsidione coartare. ut eum eiusque exercitum. ad internitio-
nem usque deleret. Tunc Attila de vite fiducia desperans. ex equitatoriis

Attila
ingentem piram sellis construxit. ut ibidem se Gothis imminentibus. supposito
igne cremaret. ne aut quisquam de eius letaretur vulnere. aut rex tantarum
gencium in potestatem hostium deveniret. Ecius vero incaute perpendens ro-
manos a Gothis perempto Attala deprimi. ne deinceps adversum Gothos
si necessitas incumberet solacium haberet. Theodorico quasi eius rebus consulens.
persuadet ut domum reverteretur. regnumque paternum arriperet. ne si ab eius inva-
deretur germanis. acerbius ei esset cum suis quam cum hostibus dimicare. Hoc il-
le consilium tamquam pro sua salute prelatum libenter amplectens. domum reversus est.
regnumque paternum suscepit. Ceterum Ecius et ob hoc talia machinatus est. ut At-
talam ab eius impressione subduceret. Inscia heu mens hominum. quantum hac
persuasione detrimentum pateretur. diu avertere cupiens ingessit. At vero Attala cernens
se relicto. hostes ad propria remeasse. erectis animis. ac spe salutis
elevatus. Pannonias repedavit. multo potiorem exercitum coacervans.

Aquilegia
Italiam furibundus introivit. ac primum Aquilegiam civitatem in ipso Italie
sitam principio. expugnare aggressus est. Quam continuo triennio obsidens.
cum adversus eam civibus strenue repugnantibus nichil prevaleret. iamque
murmur sui exercitus non valentis famis tolerare penuriam audiret.
cum die quadam civitatem circuit. ut ex qua parte eam facilius posset expu-
gnare exquireret. cernit repente aves in edificiorum fastigiis nidi-